Fabula 13.

Ex

Lib. 1. Metamorph.

OVIDII

HETEROSIS.

Exivit prosperatò in rabiem gravem,
Ira nec Subita tempora distulit:
Aspectu horrificamq́
Tunc Subjecit Erinnyn;
Sub sensum Argolicæ pellicis, in suo
Cæcos et stimulos pectore condidit,
Per totum profugamq́
Orbem terruit. Ultimus
Restabas miseris, Nile, laboribus
Exaustis etiam quem tetigit simul,
Ripæ in margine postis
Procumbens genibus suis,
Et collo resupino ardua protinus
Solos quos valet, ad sidera conjicit
Vultus, atq́ gemendo
Infaustè et lacrymis suis,
Mugitu horrisono, cum Jove conqueri
Visa est, atq́ malorum petere exitum
Ipsas colla lacertis
Complexus sacra conjugii,
Parat promeritas finiat ut, rogat:
Posthæc perfidiæ pone metus, ait,
Omnes, causa doloris
Non esse hæc poterit tibi:
Idq́ audire paludes Stygias jubet.
Ut lenita Dea est, hæc faciem capit
Primam, sitq́ quod ante
Morphosin fuit antiam